

ILLUSTRISSIMÆ REGIÆ PHYSICO-MEDICÆ  
**MATRITENSI ACADEMIÆ.**

PRÆSIDE CLARISSIMO JUXTA, ATQUE SAPIENTISSIMO  
**D. D. JOSEPHO CERVI,**  
 EQUITE PARMENSI, REGI A SANCTORIBUS CONSILIIS,  
 & Archiatrorum Comite: nec non dignissimis, atque eruditissi-  
 mis Sociis, arcanorum Naturæ Mystis.

**COTYLEDON HISPANICA**

*Seditereti folii, folio, flore umbellato rubro, fibrosa  
 radice.*



Lanta est triuncialis, aut palmaris altitudinis: radix exilis, albescens, plerumque in tres fibras divisa; caulis singularis, teres vix angulosus, cui adhærent folia carnosia semiuncialia, Seditereti folio similia, aliquot bullulis rubescentibus adspersa: flores in caulis summo plures, suis pediculis ramosis incidentes, umbellam disponunt, qui monopetali sunt, campaniformes, tabulati, angulosi, trium linearum longitudinis, unius circiter lineæ crassitudinis, per extremum quinquifidi, ac si ex quinque petalis planis, & acutis essent compositi, supernè intense rubri cum limbis violaceis, & quinque maculis purpureis circa umbonem insigniti, infernè è luteo puniceis, bullulis rubescentibus muniti. Calyx pentagonus est, semilinealis, ex quo surgit pistillum infimam partem floris perfodiens, abiens in fructum ipso flore involutum, ex quinque vaginulis pressim adhærentibus à basi ad imum dehiscentibus constans, quæ per maturitatem supernâ parte stellæ modo hiascunt, effundentes semina exigua, lucida, paleacei coloris.

Reperitur circa Regiam Villam *De Aranjuez* in Pratis, ad dexteram Viæ, quæ *Toletum* tendit in ascensu Montis, ad dexteram Viæ

*De*

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
**RESEARCH MEMORANDUM**

IN THE DEPARTMENT OF CHEMISTRY  
BY  
[Name of Author]

RESEARCH MEMORANDUM NUMBER [Number]  
DECEMBER 1954



The following is a summary of the results of the work reported in this memorandum. The work was supported by the National Science Foundation, Grant No. [Number].

The first part of the work was devoted to the study of the reaction of [Chemical] with [Chemical] in the presence of [Chemical]. It was found that the reaction proceeds through a series of steps, the first of which is the formation of [Chemical].

The second part of the work was devoted to the study of the reaction of [Chemical] with [Chemical] in the presence of [Chemical]. It was found that the reaction proceeds through a series of steps, the first of which is the formation of [Chemical].

The third part of the work was devoted to the study of the reaction of [Chemical] with [Chemical] in the presence of [Chemical]. It was found that the reaction proceeds through a series of steps, the first of which is the formation of [Chemical].

*De Yebes: & prope Matritum in Saltu De Luzon in liminibus agro-  
rum tranfacto Molendino versùs prata, & in Balsain, in pratulis  
Amnis, circa Pontem Viæ B. Virginis De Robledo, florens Junio &  
Julio, semina perficiens Augusto.*

*Si mea erga Vos, Viri clarissimi & Naturæ indagatores  
oculatissimi, merita considero, & honorem mihi immerenti  
à vobis collatum longè maximum grato, ut par est animo,  
perpendo; nihil est quod vobis non debeam. Me enim ab ul-  
tima venientem Hispania, nullis ornatum titulis, nec notum  
fama in clarissimum vestrum Ordinem cooptastis, forsàn ut  
Botanices studiosum, quod quidem inficias ire non possum;  
multis enim abhinc annis & libris Plantarum formas  
ac naturas explicantibus, & ipsis Plantis operam dedi,  
non sine labore & cura, an cum fructu; sed multa sunt,  
quibus adducor ut credam Vos ad studia tantum & artis  
amorem, quæ in me maxima semper fuere, respexisse; ita  
ut eos, qui Vobis similes esse non possunt, hoc est doctissimi,  
inter Vestros censeri non dedignemini, si conatus, vel studium  
vos imitandi non defuerit. Quapropter magnas Vobis, Viri  
ornatissimi, habeo gratias, plures debeo: & ne vacuis ma-  
nibus ad Vos accedere videar, Descriptionem hanc novæ Co-  
tyledonis speciei & grati animi tesseram, & honoris mihi  
à vobis præstiti monumentum amplissimo Ordini vestro li-  
bentissimus dico,*

UT CLIENS OPTIMIS PATRONIS;

JOANNES MINUART,  
Catalaunicus, Pharmaciæ Professor,  
& Botanices Studiosus.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY